



MISSÆ PROPRIÆ DIECESIS SANCTI HIPPOLYTI

Die 27 Novembris

S. Virgilii Ep. et Conf.

Simplex

Missa Státuit, de Communi Confessoris Pontificis 1 loco.

Die 28 Novembris

S. Valentini Ep. et Conf.

Simplex

Missa Státuit, de Communi Confessoris Pontificis 1 loco, præter Orationem sequentem.

Oratio

P

Propitiáre, quæsumus, Dómine, nobis fámu-
lis tuis per beáti Valentini Confessóris
tui atque Pontificis mérita gloriósa: ut,
ejus pia intercessióne, ab ómnibus
protegámur advérsis. Per Dómi-
num nostrum.

Secreta

C

Sancti tui, quæsumus, Dómine,
nos ubique lætificant: ut, dum

eórum mérita recólimus, patroci-
nia sentiámus. Per Dóminum.

Postcommunio C

Præsta, quæsumus, omnipotens
Deus: ut, de percéptis muné-
ribus grátias exhibéntes, interce-
dénte beáto Valentino Confessóre
tuo atque Pontifice, beneficia po-
tióra sumámus. Per Dóminum.

Die 22 Decembris

B. Petri Canisii Confessoris

Duplex

Missa Justus ut palma, de Communi Confessoris non Pontificis 2 loco,
præter Orationes sequentes:

Oratio

P

Deus, qui ad tuéndam cathóli-
cam fidem beátm Petrum
Confessórem tuum virtúte et doc-
trína roborásti: concéde propitius;
ut ejus exémplis et móritis errán-
tium corda ad salútem resipiscant,
et fidélium mentes in veritátis con-
fessióne persevérant. Per Dómi-
num nostrum.

Et fit Commemoratio Feriæ.

Secreta

P

Sanctifica, misericors Deus, haec munera et praesta: ut, sicut Unigenitus tuus holocaustum pro nobis fieri dignatus est; ita beati Petri Confessoris exemplo nos júgiter exhibeámus tibi hóstiam laudis. Per eúmdem Dóminum.

Et fit Commemoratio Feriæ.

Postcommunio

P

Sacrificium, Dómine, quod in honorem beati Petri Confessoris obtulimus: fidem nostram, spem et caritatem adaugeat; atque Ecclesiastiam tuam nova semper prole lætificet. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio Feriæ.

Die 19 Januarii

S. Severini Abbatis

Duplex majus

Missa Os justi, de Communi Abbatum.

Et fit Commemoratio Ss. Marii, Marthæ, Audifacis et Abachum Mm. ac S. Canuti Regis, Mart., ut in Missali hac die.

Die 15 Martii

S. Clementis Mariæ Hofbauer

Confessoris

Duplex majus

Missa Justus ut palma, de Communi Confessoris non Pontificis 2 loco, præter Orationes sequentes:

Oratio

P

Deus, qui beatum Cleméntem Mariam miro fidei róbore et invictæ constántiae virtute decorásti: ejus méritis et exémplis fac nos, quæsumus, ita fortes in fide et caritaté ferventes; ut præmia consequámur ætérrna. Per Dóminum.

Secreta

P

Ille nos, quæsumus, Dómine, de votiōnis ignis accéndat; quo beatus Clemens María, dum salutárem offérret hóstiam, júgiter flagravit. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio Feriæ.

Postcommunio

P

Caelésti pane reféctis concéde nobis, omnípotens Deus; ut beati Cleméntis exemplo in fortitudine cibi illius usque ad montem, qui Christus est, feliciter perveniamus: Qui tecum vivit.

Et fit Commemoratio Feriæ, et legitur ejus Evangelium in fine.

¶ Missæ privatæ dici possunt, juxta Rubricas, etiam de Feria cum Commemoratione S. Clementis Mariæ Hofbauer.

Die 27 Martii

Pro Commemoratione

S. Ruperti Episcopi et Confessoris

Oratio

P

Propitiare, quæsumus, Dómine, nobis famulis tuis, per sancti Ruperti Confessoris tui atque Pontificis mérita gloriósa: ut, ejus pia intercessione, ab omnibus protegámur adveresis. Per Dóminum.

Secreta

C

Sancti tui, quæsumus, Dómine, nos ubique lætificant: ut, dum eorum mérita recólimus, patrocinia sentiámus. Per Dóminum.

Postcommunio

C

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut, de percéptis munéribus grátias exhibéntes, intercedente beato Ruperto Confessore tuo atque Pontifice, beneficia potiora sumámus. Per Dóminum.

Die 24 Aprilis

S. Georgii Martyris

Duplex

Missa Protexisti, ut in Missali die 23 Aprilis.

Et fit Commemoratio S. Fidelis a Sigmarina Martyris, ut in Missali hac die.

J Missæ privatæ dici possunt, juxta Rubricas, etiam de S. Fidele a Sigmarina, ut in Missali hac die, cum Commemoratione S. Georgii.

Die 4 Maji

S. Floriani Martyris

Duplex

Missa Protexisti, de Communi Martyrum Tempore Paschali 1 loco, præter Orationem sequentem.

Oratio P

Deus, qui nos beati Floriani Martiris tui sollemnitate lætificas: concéde propitijs; ut, cujus gloriósum triúmphum venerámur in terris, societatis ejus lætitiam adipisci mereámur in cælis. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio S. Monicæ Viduæ, ut in Missali hac die.

Secreta C 3

Munéribus nostris, quæsumus, Dómine, precibúsque suscéptis: et cælestibus nos munda mystériis, et cleménter exaudi. Per Dóminum.

Postcommunio C 3

Da, quæsumus, Dómine, Deus noster: ut, sicut tuorum commemoratione Sanctorum, temporali gratulámur officio; ita perpétuo lætémur aspéctu. Per Dóminum nostrum.

J Pro votiva extra Tempus Paschale dicitur Missa **In virtute**, de Communi unius Martyris 3 loco, præter Orationem ut supra.

J Missæ privatæ dici possunt, juxta Rubricas, etiam de S. Monica, ut in Missali hac die, cum Commemoratione S. Floriani.

Die 8 Augusti

S. Altmanni Ep. et Conf.

Duplex majus

Missa Státuit, de Communi Confessoris Pontificis 1 loco, præter Orationem sequentem et Evangelium.

Oratio P

Deus, qui, ad Ecclésiæ tuæ libertatem et decorem promovendum, sanctum Altmánum Confessorem tuum atque Pontificem ánimí fortitudine roborásti: ejus intercessione concéde; ut, advérsa ómnia superántes in terris, coronari cum ipso mereámur in cælis. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio Ss. Cyriaci, Largi et Smaragdi Mm., ut in Missali hac die.

Evangelium Vigiláte ex Missa Sacerdótes tui, de eodem Communi 2 loco.

Secreta C

Sancti tui, quæsumus, Dómine, nos ubique lætificant: ut, dum eorum mérita recólimus, patrocinia sentiámus. Per Dóminum.

Postcommunio C

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut, de percéptis munéribus grátias exhibéntes, intercedénte beato Altmáno Confessore tuo atque Pontifice, beneficia potióra sumámus. Per Dóminum.

J Missæ privatæ dici possunt, juxta Rubricas, etiam de Ss. Cyriaco, Largo et Smaragdo Martyrum, ut in Missali hac die, cum Commemoratione S. Altmanni.

Die 13 Augusti

S. Hippolyti Martyris,
Patroni principalis Civitatis et
Diœcesis sancti Hippolyti

Duplex I cl. cum Octava communi
Missa Lætabitur, de Communi
unius Martyris 4 loco, præter Ora-
tiones sequentes, et dicitur Credo
per totam Octavam.

Oratio P

Da, quæsumus, omnipotens De-
us: ut beati Martýris tui Hip-
pólyti veneranda sollémnitas (com-
memorátio) et devotiónem nobis
áugeat et salútem. Per Dóminum.

Secreta P

Réspice, Dómine, múnera pópuli
tui, sancti Hippólyti festivitáte
(commemorátio) votiva; et tuæ
testificálio veritátis nobis proficiat
ad salútem. Per Dóminum.

Postcommunio P

Sacramentórum tuórum, Dómine,
commúnio nos salvet: et in
tuæ veritátis luce confirmet. Per
Dóminum nostrum.

J Pro votiva Tempore Paschali
dicitur Missa Protexisti, de Com-
muni 1 loco, cum Orationibus ut
supra.

Die 20 Augusti

In Octava S. Hippolyti Martyris

Duplex majus

Missa ut in Festo.

Et fit Commemoratio S. Bernardi

Conf. et Ecclesiæ Doctoris, ut in
Missali hac die et Octavæ Assump-
tionis B. M. V.

J Missæ privatæ dici possunt, jux-
ta Rubricas, etiam de S. Bernardo
Conf. et Eccl. Doct., ut in Missali
hac die, cum Commemoratione
diei Octavæ S. Hippolyti et Octa-
væ Assumptionis B. M. V.

Die 13 Octobris

S. Colomanni Martyris

Duplex

Missa Lætabitur, de Communi
unius Martyris 4 loco, præter Ev-
angelium Si quis vult, ex Missa
Sacerdótes Dei, de eodem Com-
muni 2 loco.

Et fit Commemoratio S. Eduardi
Regis, Conf., ut in Missali hac die.

J Missæ privatæ dici possunt, jux-
ta Rubricas, etiam de S. Eduardo,
ut in Missali hac die, cum Com-
memoratione S. Colomanni.

Die 31 Octobris

Pro Commemoratione
S. Wolfgangi Ep. et Conf.

Oratio

Deus, qui nobis ætérnæ salútis
beátum Wolfgángum Episco-
pum ministrum tribuisti: præsta,
quæsumus; ut, quem doctórem vi-
tæ habúimus in terris, intercessó-
rem habére mereámur in cælis.
Per Dóminum.

Secreta

Sancti Wolfgangi, Confessóris
tui atque Pontificis, quæsumus,
Dómine, ánnua sollémnitas pietáti
tuæ nos reddat accéptos: ut, per
hæc piæ placatiónis officia, et il-
lum beáta retribútio comítetur, et

nobis gratiæ tuæ dona conciliet.
Per Dóminum.

Postcommunio

Deus, fidélum remunerátor ani-
márum: præsta; ut beáti Wolf-
gángi Confessóris tui atque Pontifi-
cis, cujus venerándam celebrámus
festivitátem, prémibus indulgénti-
am consequámur. Per Dóminum.

Die 15 Novembris

**S. Leopoldi Marchionis, Conf.,
Patroni Austriæ**

Duplex I cl. cum Octava communi

Introitus

Ps. 36, 30-31

Os justi meditábitur sapi-
éntiam, et lingua ejus
loquétur judícum: lex
Dei ejus in corde ipsius.
(T. P. Allelúja, allelúja.) Ps. ibid., 1
Noli æmulári in malignántibus:
neque zeláveris faciéntes iniqui-
tatem. **V.** Glória Patri.

Oratio

Deus, qui beátum Leopóldum a
sæculi curis ad cælestem gló-
riam transvexisti: concéde, quæ-
sumus; ita nos per hæc temporá-
lia pertransire, ut æternæ vitæ
consórtia mereámur. Per Dómi-
num nostrum.

Et, in Missis privatis lectis tan-
tum, fit Commemoratio S. Gertru-
dis Virginis:

Oratio

Deus, qui in corde beátæ Ger-
trúdis Virginis jucundam tibi
ensiónen præparásti: ipsius mé-
lis et intercessióne; cordis no-
stri máculas cleménter abstérge,
et ejúsdem tribue gaudére con-
sórtio. Per Dóminum.

Léctio libri Sapiéntiæ Eccli. 31, 8-11

Béatus vir, qui invéntus est si-
ne mácula, et qui post aurum
non ábiit, nec sperávit in pecúnia
et thesáuris. Quis est hic, et lau-
dábimus eum? fecit enim mirabilia
in vita sua. Qui probátus est in il-
lo, et perféctus est, erit illi glória
ætéerna: qui pótuit tránsgressi, et
non est transgréssus: fácere mala,
et non fecit: ideo stabilita sunt bo-
na illius in Dómino, et eleemosy-
nas illius enarrábit omnis ecclésia
sanctórum.

Graduale Ps. 91, 13 et 14 Justus
ut palma florébit: sicut cedrus Li-
bani multiplicábitur in domo Dó-
mini. **V. Ibid., 3** Ad annuntiandum
mane misericórdiam tuam, et ve-
ritátem tuam per noctem.

Allelúja, allelúja. **V. Jac. 1, 12** Beá-
tus vir, qui suffert tentatiónen:
quóniam, cum probátus fúerit, ac-
cipiet corónam vitæ. Allelúja.

In Missis votivis

Post Septuagesimam, omissis Al-
lelúja et Versu sequenti, dicitur:

Tractus Ps. 111, 1-3 Beáthus vir,
qui timet Dóminum: in mandátis
ejus cupit nimis. **V.** Potens in ter-
ra erit semen ejus: generatio re-
tórum benedicétur. **V.** Glória et
divitiæ in domo ejus: et justitia
ejus manet in sæculum sæculi.

Tempore Paschali omittitur Gra-
duale, et ejus loco dicitur:

Allelúja, allelúja. **V. Jac. 1, 12** Beá-
tus vir, qui suffert tentatiónen:
quóniam, cum probátus fúerit, ac-
cipiet corónam vitæ. Allelúja. **V.**
Eccli. 45, 9 Amávit eum Dóminus.

et ornávit eum: stolam glóriæ induit eum. Allelúja.

 Sequéntia sancti Evangélii se-cúndum Lucam

Luc. 19, 12-26

In illo témpore: Dixit Jesus dis-cipulis suis parábolam hanc: Homo quidam nóbilis ábiit in re-giónem longínguam accípere sibi regnum, et revérti. Vocátis autem decem servis suis, dedit eis de-cem mnas, et ait ad illos: Nego-tiámini, dum vénio. Cives autem ejus óderant eum: et misérunt le-gatióne post illum, dicéntes: Nól-lumus hunc regnáre super nos. Et factum est, ut rediret accépto re-gno: et jussit vocári servos, qui-bus dedit pecúniam, ut sciret quan-tum quisque negotiátus esset. Ve-nit autem primus, dicens: Dómi-ne, mna tua decem mnas acqui-sívít. Et ait illi: Euge, bone serve, quia in módo fuísti fidélis, eris potestátem habens super decem civitátes. Et alter venit, dicens: Dómine, mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait: Et tu esto su-per quinque civitátes. Et alter ve-nit, dicens: Dómine, ecce mna tua, quam hábui repósitam in sudário: timui enim te, quia homo austérus es: tollis quod non posuísti, et metis quod non seminásti. Dicit ei: De ore tuo te júdico, serve nequam. Sciébas quod ego homo austérus sum, tollens quod non pósui, et metens quod non semi-návi: et quare non dedisti pecúniam meam ad mensam, ut ego véniens, cum usúris útique ex-e-gissem illam? Et astántibus dixit: Auférte ab illo mnam, et date illi, qui decem mnas habet. Et dixé-

runt ei: Dómine, habet decem mnas. Dico autem vobis: Quia omni habénti dábitur, et abundá-bit: ab eo autem, qui non habet, et quod habet, auferétur ab eo.

Credo, et dicitur per totam Oc-tavam.

Offertorium Ps. 88, 25 Véritas mea et misericórdia mea cum ipso: et in nómine meo exaltábitur cornu ejus. (T. P. Allelúja.)

Secreta

Laudis tibi. Dómine. hóstias im-molámus in tuórum com-me-moratióne Sanctórum: quibus nos et prae-séntibus éxui malis confidi-mus, et futúris. Per Dóminum.

Pro S. Gertrude Secreta

Accépta tibi sit, Dómine, sacrá-tæ plebis oblátio pro tuórum honóre Sanctórum: quorum se méritis de tribulatióne percepisse cognóscit auxílium. Per Dóminum.

Communio Matth. 24, 46-47 Beá-tus servus, quem, cum vénérerit dóminus, invénerit vigilántem: amen, dico vobis, super ómnia bona sua constituet eum. (T. P. Allelúja.)

Postcommunio

Refécti cibo potúque cælesti, De-us noster, te súpplices exorá-mus: ut, in cujus hæc commemo-ratióne percépimus, ejus muniá-mur et prémibus. Per Dóminum.

Pro S. Gertrude Postcommunio

Satiásti, Dómine, familiam tuam munéribus sacris: ejus, quæ-sumus, semper interventióne nos réfove, cujus sollémnia celebrá-mus. Per Dóminum.

¶ Infra Octavam Missa dicitur ut supra, cum 2^a tamen Oratione de sancta Maria Concéde et 3^a con-

tra persecutores Ecclesiæ vel pro
Papa.

Die 22 Novembris
In Octava S. Leopoldi
Marchionis Conf., Patroni Austriæ
Duplex majus
Missa ut in Festo, ut supra. 5*

Et fit Commemoratio S. Cæciliæ
Virginis et Martyris, ut in Missali
hac die.

¶ Missæ privatæ dici possunt, jux-
ta Rubricas, etiam de S. Cæcilia,
ut in Missali hac die, cum Com-
memoratione diei Octavæ S. Leo-
poldi.

Index alphabeticus

Altmanni Ep. et Conf., duplex majus. 8 Augusti
Clementis Mariae Hofbauer Conf., duplex majus.
15 Martii
Colomanni Mart., duplex. 13 Octobris
Floriani Mart., duplex. 4 Maii
Georgii Mart., duplex. 24 Aprilis
Hippolyti Mart., Patroni principalis Civitatis et
Dioecesis sancti Hippolyti, duplex I classis
cum Octava communi. 13 Augusti
— — Octava, duplex majus. 20 Augusti

| pag. | | pag. |
|------|--|------|
| 3* | Leopoldi Marchionis, Conf., Patroni Austriæ, duplex I classis cum Octava communi. | 5* |
| 2* | 15 Novembris | |
| 4* | — — Octava, duplex majus. 22 Novembris | 7* |
| 3* | Petri Canisii Conf., duplex. 22 Decembris | 1* |
| 3* | Ruperti Ep. et Conf., Com. 27 Martii | 2* |
| | Severini Abbatis, duplex. 19 Januarii | 2* |
| | Valentini Ep. et Conf., simplex. 28 Novembris | 1* |
| 4* | Virgilii Ep. et Conf., simplex. 27 Novembris | 1* |
| 4* | Wolfgangi Ep. et Conf., Com. 31 Octobris | 4* |